

Universität Rostock


Rector Et Concilium Academiae Rostochiensis, B. L. S.

Rostochii: Typis Nicolai Kilii, Anno MDCXLIX

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1738012670>

Druck Freier  Zugang






Schmidt

77

ACADEMIA ROSTO
CHIENSIS
Voluerit illi
Mecklenburgische
Landesbibliothek
Schwerin



**RECTOR
ET
CONCILIUM
Academiæ Rostochiensis,**

B. L.

S.

os(o)so



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLIX.

801

Ria sunt fundamenta, quibus academiarum salus & decus innititur, Concordia, Doctrina, & Disciplina. De Concordia, quæ nuper prolixè dixi, non repeto, *Quia notum est*, quod Concordia sit Convenientia & Consensus duorum pluriumve ^{οὐδεὶς ὧν} ad conservandam communem Salutem & decus conspirantium, collaborantium. *Idcirco*, Concordiam requiri inter magistratum & subditos invicem, inter magistratus membra peculiariter, itemq; peculiariter inter subditos. De disciplinâ non possum quin hac vice unum atq; alterum moneam: *Quod* academica disciplina (Magistratus & Leges) nihil *Poscant* ab artium liberalium cultoribus, quàm observantiam, Pietatis, Virtutis, & sapientiæ studium, modestam vitam, & decentes mores, Ea; omnia licita, honesta & facilia: *Quod* nihil *denuntient* præter paternum affectum & Benevolentiam, quæ non solum apparent, quando exorbitantes comiter in viam reducuntur, sed intemperate manent, etiam, quando contumaces sæviores correctione in Ordinem rediguntur, nec non, quando putrida ressecantur, ne sana simul membra in contagium pertrahantur,

Et


168
Et tamen, proh dolor! reperiuntur, Qui tam amica & salutaria præcepta fusq; deq; habent, & dissoluta vita ac moribus non tantum supremi Numinis iram & æternas pænas, sed secularis etiam Iudicis vindictam suo sibi jumento accerere malunt, quàm, quæ summa libertas est, Magistratui & Legibus parere. Nudius Quintus ad Nobilissimæ funeris deductionem, cum in templo, de more, celebraretur Conventus, quid nō enormis murmuris & stupendi tumultus sacro in loco audiebatur inter Juniores Studiosos, in præsentia Magistratus, Dnn. Professorū, Doctorū, divini verbi Ministrorum, politiorum Studiosorum, & tot honestissimorum Civium, quid non nugarum, quid non petulantia exercuerunt in publico foro, in tota via, in conspectu Nobilissimarum virginum & Matronarum & passim congregatorum spectatorum, quæ non scandala præbuerunt Nequissimi aliquot, Musarum cultoribus qui annumerari volunt, Juniores studiosi, scurræ, scelera hominum, Carcinomata nostræ academix & Catharmata! Quos supra, Magistratus & legum observantes politiores excepi studiosos, etiam nunc excipio.

Hic, quis non mecum exclamat o Tempora! o mores! Sed, cum similia jam ante commissa audiam

201
diam, & nullo modo toleranda existimem, nec
de antesignanis in tam egregio patrato facinore
aliter constare possit, nequis merito suo præ-
mio privetur, Omnes & singulos, qui funeris de-
ductioni interfuerunt, Juniores Studiosos, ut cra-
stino die hora octava matutina, in area Collegij
compareât, HOC IPSO, sub arbitraria gravi pæna
citatos volo. Adeste & paternis monitis obsequē-
tē aurem præbere, redite ad meliorem mentem,
redite in virtutis viam, quotquot in deviis vitio-
rum erratis. P. P. sub sigillo Reſtoratus

An. 1649. 18. Nov.





27. Nov. 1856



